

## EXORDIVM.

**N**on secundum peccata nostra retrahuit nobis Dominus, inquit Psaltes. Et ψ 103.  
hoc ipsum Christus reipsā testatur in hodierno Evangelio. Sanat enim Paralyticum,  
qui peccatis suis hunc sibi morbum accersiverrat, ut ex verbis Christi apparet, dicentis:  
Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Quapropter & testimonio Psalmistæ &  
exēplo à Christo in hoc paralytico, nobis exhibito freti, fidem nostram, ne peccatorum mo-  
le succumbamus, fulciamus oportet.

## NARRATIO.

**H**Odiernum Evangelium optimæ consolationis est plenissimum, ostendit enim nobis Christum verum medicum, qui & corpus & animam sanare potest. Quapropter, ut ordine illud declarare possimus, Considerabimus:

I. Christum paralyticum à peccatis absolventem.

II. Phariseos calumniantes Christum.

III. Christum insigni Apologiâ adversus Phariseorum obtrectationem sese defendantem.

S.

DE